Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



bethlee unde ut pascerem pecus meum
et fortissimum robore et virum belli
osum et prudentem in verbis et vi
rum pulchrum et dominus tecum
eo. Dixit ergo saul nuntios ad y
sai dicens mitte ad me dauid fili
um tuum qui est in pecoribus. Tulit
itaque ysai asinum plenum panib:
et lagenam vini et edum de capris
unum per manum dauid filii sui saul.
Et venit dauid ad saul et stetit co
ram eo. at ille diligebat eum nimis et fuis
est eius armiger. ordinat que saul ady
say dicens stet dauid in conspectu
meo. Inveniet enim gratiam in oculis
meis. Igitur quotiencumque spiritus dei ma
lus arripiebat saul tollebat dauid
citharam et percutiebat manu sua
et refocillabatur saul et levius ha
bebat recedebat enim ab eo spiritus mali.

Congregantes XVII
autem philistiim agmina
sua in prelium convenerunt
in sochoth iuda et castra metati sunt
inter sochoth et azeca in finibus
dorim. porro saul et viri israel congre
gati venerunt in valle terebinthi et
direxerunt aciem ad pugnandum con
tra philistiim. philistiim autem stabat
erat ~~pre~~ sup montem ex parte
hac et israel stabat erat pre sup
montem vallis que erat inter eos
Et egressus est vir spurius de cas
tris ~~philim~~ philistinorum nomine
goliath. qui erat altitudine ser
pentum et palmo. et galea erea si
caput eius et lorica armata indu
ebatur. porro pondus loricae eius
quinque milia siclorum eris erat et
ocreas ereas habebat in cruribus suis
et clipeus hereus tegebat humeros
eius. hastile autem hastae eius
erat quasi liciatorium texentum
ipsum autem ferrum hastae eius sex
centos siclos ferri habebat. Et ante
ger eius antecedebat eum. stans
que clamabat adversus phalanges
israel et dicebat eis. Quare venistis
pati ad prelium. numquid ego non sum
philistaeus et vos servi saul. Eligite
ex vobis virum unum et descendat
ad singulare certamen. Si quiverit
pugnare mecum et percusserit me ei
mus vobis servi. Si autem ego pre
valuero et percussero eum vos servi mei
eritis et servietis nobis. et ait
philistaeus. ego exprobravi agmini
bus vestris hodie date mihi virum et in
eat mecum singulare certamen.
Audiens autem saul et omnes viri israel
sermones philistaei mansuetudinis stu
pebant et metuebant nimis dauid
autem erat filius viri ephrate de quo
sup scriptum est de bethlee iuda
cui nomen erat ysai. qui habebat
octo filios. Et erat vir in diebus
saul senex et gravis inter viros
abierunt autem tres filii eius maio
res post prelium. et nomina trium
filiorum eius qui perierunt ad bellum
heliab primogenitus et secundus aminna
dab. tertius quoque samma. Dauid
autem erat ~~minimus~~ minimus. tribus
autem maioribus secutis saulem. A
bit dauid et reversus est ad saul
ut pasceret gregem patris sui in
bethlee. Procedebat vero philistaeus
mane et vespere et stabat per dies
Dixit autem ysai ad dauid filium
suum. accipe fratribus tuis ephypio

Clentum.